



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 19. Vani Turcarum conatus, atque invasiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII.

A. C. 1723.

§. XIX.

*Vani Turcarum conatus atque
invasiones.*

Vita adhuc superstes erat Zondadari-
 nus supremus Melitensium Equi-
 tum Magister, dum Turcæ, qui Melitæ
 captivi hærebant, cum Vezirio de tra-
 denda hac Insula clandestina foverent
 consilia: Convenerat inter eos, ut a
 Sultano lytri nomine pro redimendis
 omnibus hisce captivis ingens pecu-
 niarum vis offerretur, classis vero nume-
 roso milite, occultato tamen, instructa,
 quæ captivos repeteret, propius insulæ
 admoveretur, & tum Melitenses Turcæ
 suis complicitibus adjuti, armamenta-
 rium occuparent, Ordinis Magistrum,
 ceterosque præcipuos Equites interfici-
 cerent, & dato demum signo classiarum
 exscensione facta propugnaculum ado-
 rirerentur: Attamen proditione tempe-
 stive detecta Turcæ, cum Insulam vi-
 gili milite, omnique ad defensionem
 apparatu fortiter roboratam cernerent,
 infecta re recesserunt, captivis perfidi-
 æ suæ poenas dare coactis: Nec ta-
 men irritus hic conatus eos absterruit,
 quo minus cum valida classe mediter-
 raneum mare infestum redderent, ac
 sæpius Italiæ oris adpellere molirentur:

Haud

Hist. Univ.
l. c. p. 870.
Hist. cont.
pag. 822.

Sæc. XVIII Haud temere suspicabantur omnes, A. C. 1723. Turcarum machinationes eo abire, ut facto repente impetu Lauretanam urbem invaderent, Sacramque Domum Thesauro, ipsaque thaumaturga Statua spoliarent. Augebatur hæc suspicio ipsa recordatione temerarii non minus ac sacrilegi ausus, quo Matthias La Gallierus, Deo, religioni, ac Cæsari infidus, inuito cum Turcis fœdere Laurentum, Romam, atque universam Italiam Ottomanico jugo paucos ante annos subjugare machinabatur, qui tamen Viennam abductus, & perpetuo carceri mancipatus, ultronea inest sceleratæ vitæ scenam die decima octava Septembris Anno 1718. clausit. Pontifex tamen provida circumspiciens sacrilegis ejusmodi rapinis obviandum ratus, immensum hunc Thesaurum Romam abduci jussit, relicta Sacra Imagine, quam sine Thesauro a Turcis non nisi gemmis, auro, argentove inhiantibus nunquam profanandam noverat.

§. XX.

Franciæ Præsulum Zelus contra Appellantes.

*Dorlane
Journal
t. 2. p. 170.*

Cum Franciæ Episcopi Regem, Regnique Regentem unice eo inter-